

usque ad verba illa: Et dabant DEUS Israelitis, h.e. usque ad v. 42. ejusdem Capitis, tam in principio versus, quam in medio ejusdem semper positum est **וְאַתָּה** cum nomine urbis, exceptis XXVIII. locis, in quibus **אַתָּה** cum nomine urbis jungitur. Hæc loca sunt:

Kiriath Arba	Hebron	את קריית ארבע
Bethschemesch	Gibeon	כִּתְ שְׁמֵשׁ
Geba	Anathoth	גָּבָע
Schechem	Elthekah	שְׁכֶם
Gibthon	Ajalon	גִּתְהָן
Gad Rimmon Kadma, Thaamach		גַּת רִמְמֹן קְרֻמָּא
Galon	Kischjon	גָּלוֹן
Dobratb	Farmuth	וּבָרוֹת
Engannim	Mischal	עַזְנִים
Abdon	Chelkath	עֲבֹרוֹן
Kedesch	Jocknam	קָדְשָׁה
Karthah	Dimna	קְרָתָה
Nabalal	Ramoth in Gilead	נַּהֲלָה
Chesbon	Jaaser.	חַשְׁבּוֹן

Unusquisque h̄ic facile videt, neque **אַתָּה** Bezer; neque **אַתָּה** Kedemoth, neque alia urbium nomina in nostris versibus notata a Masorethis commemorari. Inde quidam Judæi & Christiani existimarunt, eosdem versus in codice Hebræo esse omittendos. Hanc Judæorum traditionem confirmat alia quæ fini libri Josuæ in plerisque Bibliis adjecta est: